



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Cursus Biennalis Studii Canonici, Sive Succincta Et  
Methodica Sacrorum Canonum Explanatio**

**Engelhard, Johann Martin**

**Moguntiae, 1700**

Proœmium & Dispositio Libri.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63255](#)

# LIBER QUINTUS

## Decretalium.

### Proœmium & Dispositio Libri.

**A**Judicio Ecclesiæ Civili ad criminale transimus, explicaturi qualiter delinquentes secundum Canones sint puniendi; quod ut clarius fiat, hanc subjicimus cohæren-  
tiam materiarum.

Tria potissimum in hoc libro quinto explicanda occurunt.

Primo modi, quibus in Judicio contra delinquentes proceditur, quorum sunt tres, videlicet accusatio, inquisitio, & denuntiatio, quos explicat *Titulus 1.* Institui autem debent hi tres modi amore justitiae, non ex calumniâ, quam prohibet. *Tit. 2.*

Secundo, crimina in Judicium deducenda & punienda, quorum aliqua lèdunt immediate Deum ut potè religioni adverstantis. videlicet simonia, *Tit. 3.* Quam sapit concessio jurisdictionis Ecclesiasticæ suo censu annuo. *Tit. 4.* Et acceptio pecuniae pro licentia docendi. *Tit. 5.* Infidelitas, quam reprobat.

bat. Tit. 6. de Juda. & Saracen. Hæresis quam di-  
mnat. Tit. 7. Schisma. Tit. 8. Apostasia. Tit. 9.  
Alia immediatè lœdunt charitatem proximi. videlicet  
occisio propriæ prolis. Tit. 10. Eorum expositio.  
Tit. 11. Homicidium Voluntarium. Tit. 12. Ad  
quod præcavendum, prohibentur torqueamenta. Tit.  
13. Duella. Tit. 14. Ars sagittariorum & ballistario-  
rum. Tit. 15. Similiter charitatem proximi destruc-  
unt adulteria & stupra. Tit. 16. Raptus & Incendia.  
Tit. 17. Furta. Tit. 18. Usuræ. Tit. 19. Crimen  
falsi. Tit. 20. Sortilegia. Tit. 21. Collusio. Tit. 22.  
Quorum delictorum malitia decrescit in pueris ob-  
defectum perfectæ rationis & judicij. Tit. 23. Alio  
specialiter de decent statum Clericalem, veluti ve-  
natio. Tit. 24. Percussio. Tit. 25. Omnia autem  
delictorum maximum est maledictum. Tit. 26.

Quædam delicta: Specialiter detestatur Ecclesia  
ut si quis censurâ innocatus sacra peregerit. Tit. 27.  
aut non ordinatus ministraverit. Tit. 28. Vel ordi-  
nes per saluum suscepit. Tit. 29. Vel furtivè ordi-  
natus fuerit. Tit. 30. Aut in Officio suo quomodo-  
cunque excesserit. Tit. 31.

Speciale delictum est in alieno fundo, aut in-  
damnum aliorum ædificare quod prohibet. Tit. 32.  
denovi. oper. nunt. & privilegio sibi concessio abuti-  
tit. 33. Ab his delictis & poenitentia eorum immuni, erit,  
qui innocentiam suam super objecto sibi crimine  
demonstraverit, quod sit per purgationes Canonica-  
cas. Tit. 34. Non vulgares. Tit. 35. facta autem inno-  
centiae demonstratione actio injuriarum competit  
Innocenti, Tit. 36.

Lxxvij,

Tertio, consideratur pœna, de qua generaliter agit. tit. 37. Ad quam refertur pœnitentia. tit. 38. Maximæ autem pœnæ ab Ecclesiâ infligi solitæ, sunt censuræ, videlicet excommunicatio suspensio & interdictum, quas explicat. tit. 39. Et ultimus hujus libri; Reliqui enim duo ob diversissimas quas continent materias, in scholis prælegi non solent.

## TITULUS I.

*De*

### Accusationibus, Inquisitionibus & Denuntiationibus.

**Q**UÆRES I. Quid sit Accusatio? Respond. Accusatio est criminis alicujus determinati hominis apud competentem Judicem, interveniente inscriptione in ordine ad vindictam publicam legitime facta denunciatio dicitur: 1. Criminis; in delictis enim privatis locum non habet accusatio, sed actio civilis, cum non agatur ad vindictam publicam, sed utilitatem privatam. Dicitur 2. determinatus hominis, is enim qui delinquentem non scit, sed tantum crimen factum esse sine nominatione personæ simpliciter denuniat, accusare non dicitur, cum finis judicii criminis obtineri nequeat, qui est punitio criminis. Egitur 3. Interveniente inscriptione, is enim qui accusat, obligare se debet in scriptis ad eam pœnam, quam crimen meretur de quo accusat, subeundam in probatione deficiat; quam

G. f.

in scri-